





Te 5200

8

108

m.c











CHALDAICORVM  
DANIELIS ET ESRAE  
CAPITVM

INTERPRETATIO HEBRAICA.

---

PRIMVS

EX CODICE ANTIQVO ILLAM EDIDIT

BENIAM. KENNICOTT

S. T. P.

---

IN VSVS ERVDITORVM

SEORSIM EXCVDI CVRAVIT

ET COMMENTATIONEM

DE INDOLE ET VSV HVIVS TRANSLATIONIS

PRAEMISIT

IOANN. LVDOVIC. SCHVLZE

THEOL. ET GR. AC OO. LL. P.P.O.

---

H A L A E

IMPENSIS ORPHANOTROPHEL. MDCCLXXXII.









## BENEVOLO LECTORI

Sal.

**N**on opinanti feliciter contigit KENNICOTTO Viro Cel. vt in Codicem incideret ab hebraica capiturum, quae in Daniele et Esra chaldaice exstabant, interpretatione commendabilem. Dignum, quod cum Eruditis communicaretur, *εὐρημα*, locum iure suo occupat in altero Bibliorum KENNICOTTI Tomo, p. 574. et p. 609. seq. Rem non inutilem nos aggressuros, studiaque eorum, qui splendida illa Bibliorum hebraicorum editione vti non possint, haud parum adiuturos esse putauimus, si hebraicam illam interpretationem ex recensione KENNICOTTI seorsim excudi curaremus, et quae iterata eius lectio nos docuit, Praefaminis loco cum Eruditis communicaremus. Si quid inde vtilitatis, vt speramus, ad Lectores redundet, id omne Viro meritissimo, qui primus hanc translationem edidit, acceptum referant. Grauibus adducti caussis noluimus quicquam in recensione *Kennicottiana* mutare,\*) etsi hic et ibi vel mutari aliquid vel addi potuisset, vt ex iis, quae nunc dicenda sunt, apparebit.

Dicemus autem *primum* de Codice, in quo KENNICOTTVS hanc interpretationem inuenit, *deinde* de translationis ingenio et indole, *denique* de vtilitate eius, varioque vsu.

De Codice si quaeris, ipsum prius audias KENNICOTTVM, cuius haec sunt verba in Dissert. generali, Tomo secundo subiecta, pag. 90.

\* 2

„Cod.

\*) Vnico loco excepto, de quo infra dicemus.



„Cod. 240. Rom. 16; bib. *Augustin. Angelic.*  
 „Fol. --. *Proph. prior.* et *Hagiogr.* cum Targum in  
 „libros ante Danielem. Codex incipit a Ios. 7, 17. *Iob.*  
 „praecedit *Proverbia, Ruth Canticum,* et *Eccles. Thre-*  
 „*nor.* Voces initiales sunt maiores, et ornatae. Cha-  
 „racter est *intermedius*; et libri 3. poetici scribuntur he-  
 „mistice. Codici praemissum est fragmentum *Gen.*  
 „Hispanice scriptum, quod incipit 3, 19: et notandum,  
 „quod inter אורי et אורי (Gen. 4. 8.) est spatium lite-  
 „rarum 8, cum rasurae (vt videtur) vestigiis. Initia  
 „*Psalmoreum* minio sunt distincta; et in *Iobo* vox ייען  
 „rubra est, nouam personam inducens. Masora solum  
 „in fine; et in marginibus sunt varii Rabbiorum Com-  
 „mentarii etc. Sed, quod prorsus nouum est, eae par-  
 „tes et *Danielis* et *Ezrae*, quae in Bibliis hodiernis le-  
 „guntur tantum *Chaldaice*, hic etiam adsunt *Hebraice*,  
 „in columna laterali; eodem, quo alias paraphrasis  
 „Chald. sistitur, caractere conscriptae. Ad calcem  
 „*Regum* legitur שנה פד; et A. M. 5087. est A. C. 1327. „

Haec KENNICOTTVS. Equidem satis videtur  
 dixisse, vt fidem conciliaret interpretationi, quam ex  
 antiquo et bonae notae Codice edidit. Optaremus autem  
 cum multis, vt qui ipse inspexerat Codicem istum, nos  
 edocuisset, sintne in illo hic et ibi quaedam vel omissa,  
 vel minus recte scripta, vel ab alia manu addita aut cor-  
 recta? Timidius de his iudicent, necesse est, quibus ver-  
 sandi Codicis non datur facultas. Non ii quidem su-  
 mus, qui codicem velint mancum, vitiis scatentem, in-  
 terpolatumque dicere, propterea quod in recensione  
*Kennicottiana* hic et ibi quaedam vel omissa, vel minus  
 recte expressa videantur, lectiones quoque aliquot in  
 locis suspectae sint, aliae vncinis inclusae. Absit, vt  
 horum



horum omnium culpam ad Codicem referamus. Potest enim hic et ibi in Apographo, culpa eius, qui hanc Codicis particulam calamo excepit, aliquid omisſum, et vario modo peccatum eſſe; potuit etiam in textum impreſſum editionis *Kennicottianae* hoc vel illud ſphalma irrepere. Quicquid ſit, dubii in locis quibusdam haeremus, et inſcii, tum, quae vera ſit lectio, tum quae ſit erroris, quem coniectando aſſequi licet, origo? Quis enim temere de his iudicium ferat, Codice non inſpecto? Noſtrum erit, exempla *omissionum*, *correctionum* et *ſuſpectarum lectionum* in medium proferre.

*Omiſſiones* notatu digniores (de reliquis enim pauca dixiſſe ſufficiet) hae ſunt in recenſione *Kennicottiana*, quam ſequuti ſumus:

Danielis Capite tertio deſideratur rotum Comma ſeptimum, absque vlllo indicio, ſitne illud in ipſo Codice, an in Apographo omiſſum? Poſterius ſi ſumimus, forte omiſſio inde orta eſt, quod initium huius Commaſis idem fuerit, quod ſequentis \*).

\* 3

Dan.

\*) Liceat periculum facere explendae huius lacunae. Forte ſic habet Comma ſeptimum in Codice, ſaltem ex analogia ſtili, qui proprius eſt huic Interpreti, ita fere ſcribi debuiſſet:

אחרי זה באותה הפעם בעת אשר שמעו כל העמים  
קול הקרן והשרק תוף וחליל כנור וכל מיני זמר  
ויפלו כל העמים האמים ולשנות וישתחוו לצלם  
הזהב אשר הקים נבוכדנצר המלך:

Si itaque tum ſeptimum tum octauum Comma a verbis  
זה אחרי incepit, facile illa potuerunt fallere oculum libra-  
rii, cum hanc Codicis particulam in chartam ſuam coniceret.  
Quod reliquum eſt, Interpres noſter ſolet זה אחרי uſur-  
pare pro על כן vel לכן. Conf. Dan. III. 22.



Dan. c. IV. 33. post **עלי ישוב** ob *ὁμοιοτέλευτον* excidisse videntur nonnulla, quae forte sic habent:

**וליקר ממלכתי הררי ויפני ישוב עלי.**

Aliam obseruauimus lacunam Dan. V. 19. vbi ante **מרים היה** videntur excidisse verba haec **היה מחיה ואת אשר היה חפץ.**

Denique locus Efr. V. 14. vbi perperam legitur **בבבל**, non potest aliter sanari, quam sic, vt quae exciderant, restituamus. Plena autem lectio post **אשר** **אשר בירושלם והוליד אותם אל היפל אשר בבבל והוציא אותם כורש המלך מן ההיכל אשר בבבל** (\*).

Hae sunt *praecipuae*, quas in recensione *Kennicottiana* obseruauimus, lacunae \*\*), reliquarum breuem subiicimus fyllogen.

Dan. II. 33. post **שוקיו** excidisse videtur **מברזל רגליו**

— — 45. — **החרש הנחשת** excid. vid.

— — 47. — **וארון המלכים** excid. vid. **אלהי האלהים**

— III. 1. deest **אמות** alterum, ante **שש**.

— — 9. — **המלך** alterum. Sic quoque Comm. 24.

— — 15. — **קול** post **הקרן**.

— — 26. — **עברי האל עליון** post nomen *Afariae*.

— IV. 15. — **אני** post **מלך**.

— — 18. — **ועלהו טוב** post **טוב**. Conf. Comma 9.

Dan.

\*) Reliqua non addimus, quia in Textu Efr. V. 14. exstant.

\*\*\*) Monemus hoc loco, hebraicam Esrae interpretationem definire quidem in medio Commate 12. Capituli sexti, textum autem chaldaicum progredi vsque ad finem Commatis 18. Praeter haec desunt etiam, quae Cap. VII. 12 — 26. chaldaice leguntur.



- Dan. V. 11. deest קדושים ante אלהים.  
 — — 12. — קשרים post נמצאה ברניאל.  
 — — 18. — אתה post המלך.  
 — VI. 21. — לדניאל post דניאל.  
 — — 27. — אלהים post חיים.  
 — VII. 20. — עלתה ante אשר.  
 — — 22. — והמשפט post נתן.  
 — — 23. — תהיה post בארץ.  
 Esr. V. 3. deesse videtur לכם את הקול post אה:  
 — VI. 8. — — לבנות ante אלהים:

*Correctionum* iis in locis deprehendimus indicia, ubi aliquid vnicinis est inclusum. Vt idonei harum rerum arbitri facilius de his iudicare possint, iuuabit loca ista colligere.

- Dan. II. 12. בזעף וכזף (וברונז).  
 — — 19. ab initio (אז) אל.  
 — — 41. ברחש (בחרש) forte.  
 — — 46. (לפניו) לו.  
 — III. 15. חנה ישכם (אתכם).  
 — — 24. אז נבוכדנצר אמר (תמה).  
 — — 27. האנשים ההם (האלה).  
 — IV. 8. ab initio (מאר).  
 — — 9. ופריו רב (מאר).  
 — — 24. אולי חזיה אריכות לשלותך (לשגנתך).  
 — — 29. ולמי אשר יחפוץ ממנה (יתיכה).  
 — — 32. ab initio (שכוכים) וכל דרי.  
 — VII. 6. במקום הזה (אחר זה).  
 — — 8. מבין (מביני) הייתי.  
 — — 20. גדול מן רעתיה (רעיתה).

Qui criticis haec lustrat oculis, attentione digna esse aliquot loca intelliget, imprimis Cap. III. 24. IV. 24.



et VII. 6. In eundem censum venirent lectiones c. II. 19. et 41. nisi ex latino, quod additur, *forte*, probabiliter colligere liceret, Editorem Cel. vel alium quendam Virum doctum criticas his locis admouisse manus. Reliquae correctiones nec eundem omnes habere videntur finem, nec eiusdem sunt momenti. Tamen non essent spernendae, modo aetas earum constaret et autoritas. Multum interest scire, sintne ab eadem, an ab alia manu? Certi quidem de hoc nihil habemus, coniectando autem assequi possumus, correctiones istas tantum non omnes ab alia manu ad marginem Codicis fuisse adscriptas. Scilicet vna serie fuisse scripta, quae vel aequipollent significatione (vt c. II. 12. III. 15. 27.) vel diuersam produunt interpretationem (vt c. III. 24. IV. 24. 29. VII. 6.) quis crederet? Quod reliquum est, singulas has correctiones iam ad examen reuocare, nimis longum foret, et huic loco non satis accommodatum. De iis, quae iustam mouere possunt suspicionem, post haec opportunior erit dicendi locus. De reliquis liberum cuique sit iudicium. Hoc vnicum monere inuabit, prae reliquis commendabilem esse lectionem Dan. IV. 24. vncis inclusam לשגגתך. Potest enim Chald. לשלוחך referri vel ad שלוח (forma apocopata, שלח, conf. c. III. 29. VI. 5.) *error*, vel ad שלחה *tranquillitas*, it. *felicitas*. Ambiguum quoque est, quod in chaldaico textu praecedit אריכא, quippe quod vel de *prorogatione* (vitae, felicitatis etc.) exponi potest, vel de *longanimitate*. Ambiguitatem istam antiquiores iam viderunt Interpretes, adeoque in varias abierunt sententias. Vtraque interpretandi ratio coaluisse videtur in Codice versionis graecae *Chifano*, vbi commate 24. legimus ἵνα ἐπιείκεια δοθῇ σοι, καὶ πολυήμερος γένη ἐπὶ τοῦ



τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας σου. Theodotion bene, ἵσως ἔσαυ μακροθυμία τοῖς παραπτώμασί σου. Eodem modo hunc Danielis locum interpretatus est Ill. MICHAELIS in suis ad illum Obseruationibus.

Quod supra diximus, *suspectas* hic et ibi *lectiones* a nobis obseruatas esse, exemplis nunc probare aggredimur. Ne autem de Codice, quem oculis vsurpare non licet, iniquius statuere videamur, iterum monendum esse censemus, forte in *Kennicottianam*, quam sequimur, recensionem, ex errore vel eius qui hebraica ex Codice descripsit, vel typhotetarum, aliquot irrepfisse sphalmata. Sunt autem potiora, quae de mendo suspecta nobis videntur, haec \*):

Dan. II. 24. pro להאביר נא leg. אל.

— III. 21. — כתנתיהם leg. כהנתיהם *tunicis suis*.

— — 22. pro נחוץ leg. נחוש, Niph. a חוש.

— — *ibid.* suspectum est מעל. Legendum videtur vel מעלים ab עלה (Chald. הסיקו) *qui adduxerant*, vel מעלים *qui obtreclauerant*, a מעל Hebr. *perfide egit*, Arab. (cum Gain) *obtreclauit, detulit accusando*.

— — 27. pro נהרָךְ vid. leg. esse cum Cheth, נחרָךְ. Thema חרָךְ *adussit*, frequens Talmudicis. Videtur quoque post נחרָךְ supplendum סרבליהם לא נשחנו.

\* 5

Dan.

\* Vnicum locum Dan. VI. 8. ex hoc Indice expungendum, in Textu autem זנתלי pro זנתלי restituendum esse putauimus, posterior enim lectio, quae est Kennicottiana, sine dubio typhotetarum errori debetur.



- Dan. IV. 6. pro לא נפלא אליך לא forte leg. לא נפלה. אלו. Sensus: Noui, te non imparem esse vlli arcano perscrutando.
- — 8. מאד forte ad finem Commatis superioris referendum, nisi otiosum sit, vt Commate 9.
- — 11. כרות leg. כרתו in Imperat. vt Commate 20.
- — *ibid.* pro עליו leg. vid. עלהו *folium eius*, vt Commate 18.
- — 17. pro ומארהו leg. vid. ומראהו.
- — 20. pro עזבו leg. vid. עזבו.
- — 22. et 29. pro בבקר leg. vid. כבקר vt Commate 30. et Cap. V. 21.
- — 29. ממנה (יחינה). Vtraque suspecta lectio. Videtur enim leg. יתננה, vt Commate 14. et 22.
- — 32. שוכנים. Forte שוכנים.
- V. 9. pro מתהבל leg. vid. מתבהל.
- — 16. שלושית. Forte שלישי. Sic quoque Commate 7. et 29.
- — 17. pro מתנותך leg. vid. מתנותך.
- — 21. pro ערורים leg. ערורים ab ערוד *onager*. Conf. Hiob 39. 5.
- Dan. V. 23. ואל leg. ואלה.
- VI. 3. pro סכורים leg. vid. סורכים transpos. literis, a Chald. סרכין i. q. Hebr. שוטרים. Conf. Comma 4. 5. 7. 8.
- — 15. pro ועל ante מבוא leg. vid. ועד.
- VII. 8. pro אחת leg. אחרת.
- — 9. השליכו. Forte השלכו. Ad contextum magis accommodate הושמו vel מושמים.

Dan.



- Dan. VII. 10. למשפט. Forte המשפט. Conf. Comma 26.  
 — — 16. יודיעני leg. vid. יודיעני in Singul.  
 Esr. IV. 12. קשורים. Forte קשרים.  
 — — 18. שלחחנו. Forte שלחחם.  
 — — 22. pro עד leg. vid. אתה זאת.  
 — V. 12. pro אל leg. vid. אתה.  
 — — *ibid.* pro הרם leg. vid. vel הרם *anathema fecit* (rabbinice, quod Hebraice dicitur החרים) vel הרים *sustulit, abstulit.* Conf. Lev. 2, 9. 6, 3. 8. LXX. κατέλυσε (τὸν οἶκον τοῦτον).  
 — V. 14. בירושלם leg. בבבל.  
 — VI. 2. pro בחמה leg. vid. באחמה. Nomen urbis, forte Ecbatanae.  
 — — 7. pro והיכנו leg. vid. והכינו.  
 — — 12. pro יכיל leg. vid. יפיל.

Haftenus de Codice, quantum quidem ex recensione *Kennicottiana* de eo iudicare possumus. Ad alterum progrediamur, quod tractandum sumus. Scilicet quae sit huius translationis *indoles*, scire iuvat omnes harum rerum cupidos, quibus non vacat, accuratius explorare interpretis ingenium. Nostrum omnino esse putamus, quae non sine multo studio eruimus, Lectoribus breuissime ob oculos ponere. Magnum cognouimus inter dicendi genus, quo Interpres noster usus est, et Hebraismum purum, h. e. in libris sacris V. T. obuium, discrimen intercedere. Parum feliciter, si adiutorem non habeat, in legenda hac translatione verfatuum esse arbitramur, qui non sit paululum adsuetus Rabinorum ingenio, Talmudicorumque formulis. Grata itaque, vt putamus, erit haec interpretatio Iudaeis. iis nempe, qui sint exercitati in hoc dicendi genere:



nere: nouimus enim, non omnes ex hac gente satis cal-  
lere Rabbinica. Ne autem quemquam nostrum mora-  
rentur peregrinae, ut ita dicamus, dicendi formae, his  
pagellis obseruationes nostras subiicere constitueramus.  
Ab isto quidem consilio discessimus, quia ob instantes  
nundinas lipsienses prelum feruet, ob alios vero labo-  
res, qui moram non ferunt, nobis iam non licuit, huic  
negotio vnice vacare. Ut tamen faciamus, quantum  
in hac praefaminis angustia liceat, eorum, quae Rab-  
binicum talmudicumque sapiunt ingenium, Indicem, qui  
Clauis vices gerere possit, subiiciemus.

Hoc vero priusquam fieri possit, reddenda est  
Lectoribus ratio de iis, quae propius videntur ad indo-  
lem interpretationis attinere. Censetur enim bonitas  
translationis non tantum ex puritate dictionis, sed etiam  
ex integritate, doctrina et fide Interpretis. Videndum  
itaque est, quem hic sequutus sit textum, et qualem se  
praestiterit in interpretando, hoc est, num Textum,  
quem in aliam linguam transferendum sumsit, satis in-  
tellexerit, verumque eius sensum accommodate ad ge-  
nium eius, qua usus est, linguae expresserit? Haec fere  
erunt capita, de quibus nunc breuissime dicemus, ut  
Lectores de vera huius interpretationis indole rite pos-  
sint iudicare. Equidem vix quemquam tam hebetem  
fore existimamus, qui arbitretur, hebraicum quem  
KENNICOTTVS primus e Codice suo produxit, Tex-  
tum, esse primaeuum, qui a Daniele et Esra sit pro-  
fectus, ex quo deinceps translata sint, quae ad hunc  
vsque diem non nisi Chaldaice in Bibliis nostris legimus.  
Si qui essent tam rudes, ad saniora forte redibunt, si  
intelligent, stilum huius interpretationis a puriori, quem  
anti-



antiquum esse nouimus, Hebraismo, quantum aera a lupinis, distare \*).

Breuitatis causa, quae multis dici possent, tribus comprehendemus capitibus. *Primum* de fonte, ex quo Interpres noster hauserit, h. e. de Textu, quem sit sequutus; *deinde*, qualem in interpretando se praestiterit; *denique* quo scribendi genere sit usus, breuiter exponemus.

Ad *primum* quod attinet, dubitari nequit, quin ex chaldaico Textu, quem in Bibliis nostris hebraicis habemus, facta sit haec interpretatio. Ita esse cognosceret, quisquis eam cum illo comparare velit. Immo intelliget, eam non conspirare tantum cum chaldaico textu, sed eum etiam fere ad literam exprimere. Exempla magno numero obuia sunt, adeoque primis in lineis occurrunt. Sic Dan. II. 5. et 8. Chald. מלחה מני עזרא effertur a Nostro הדבר ממני יצא. In eodem Commate quinto Chald. הרמין תתעברון a Nostro, vt Cap. III. 29. vertitur לכהחיים תעשו. Si bene sic translatum, an non, hic non disputamus. Ibidem Commate 41. Chald. מן נצבתא Interpres Noster vertit מן המצבת, sensu, quem non frequentant sacri V. T. scriptores. Eiusdem capituli Commate 44. quod hebraice dici potuisset לעולם, Noster bis dixit לעולמים, vt responderet Chald. לעלמין et לעלמיה. Presso iterum pede Chaldaicum sequutus est Noster, qui Dan. IV. 32. verba Textus אשר יכה בידו די ימחא בידה vertit אשר יכה בידו די ימחא בידה, pa-  
rum

\*) Quam sit diuersus sacrorum V. T. Scriptorum et Interpretis nostri stilus, facile perspiciet, qui locum Esr. IV. 7. in hac translatione comparare velit cum Textu hebraico in Bibliis nostris. Exstat enim in his totum illud Comma hebraice, cum pars libri chaldaica incipiat demuma sequente Commate octauo.



rum apte ad sensum, quem melius expressit *Theodotion* (ὄν ἔστιν) ὅς ἀντισησεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Ad verbum etiam videmus esse redditum locum Dan. V. 19. quoad constructionem Participiorum cum Verbo substantiuo. His vnicum modo adiciamus exemplum ex Efr. IV. 15. 19. vbi עושים וגזל (quod Hebraice diceret גָּזַל גָּזַל, conf. Ezech. XXII. 29.) dicitur ad imitationem Chald. אשתדור עבדך. Sed obiici posset, haec omnia non sufficere ad probandum id quod sumimus, scilicet ex Chaldaico textu factam esse hanc translationem; forte phrasas illas habendas esse pro Chaldaïsmis, quibus Noster fuerit adfuetus, quem supra diximus Rabbinismis etiam et talmudicis subinde vti formulis. Haec omnino non alieno loco dicta videntur. Sed vt omni occurramus dubitationi, feueram illam his opponimus legem, quam Noster sibi scripsit, vt Chald. ךי, quod vel tirones sciunt, esse nunc Pronomen, nunc Genitiui notam, nunc particulam, quae saepius redundat, fere semper Hebraice efferreret per אשר; ita fere vt graecus V. T. Interpres, *Aquila*, quem scimus Hebr. את redde consueuisse per Graec. σύν. Ex multis pauca dabimus exempla. Sic Chald. ךי vertitur אשר 1) vbi ab initio orationis redundat, (vt passim Graec. ὅτι) Dan. II. 25. post אמר לו. 2) vbi Genitiui character est, vt Dan. II. 15. 3) vbi in textu Chaldaico est expletium, vt Dan. II. 47. post מן-קשט.

Haec non eo proposita sunt animo, vt dicam scribam Interpreti nostro. Vidimus quidem, eum hic et ibi verborum tenaciorem fuisse quam par erat, sed haec forte leuis est macula, quam reliqua eius eluent merita. Et de his quidem iam dicendi erit locus, cum ad alterum nunc veniamus, scilicet, qualem hic se praestite-



stiterit interpres, quod ad reliquam ab eo praestitam operam attinet? Non ab aequitate tam alieni sumus, ut iustas illi denegemus laudes. Meruit illas multis in locis, ubi non *κατὰ πρόδα* Chaldaicum textum sequutus est, sed sensum eius liberius quidem, at vere et Hebraice bene, expressit. Nec eodem ubiuis modo, ut imperiti faciunt interpretes, idem reddidit verbum, sed ut contextus ferebat, modo hanc, modo illam, quod inter praecipuas eius laudes censemus, versionem dedit. Recte eum sic egisse partes suas, aliquot probabimus exemplis. Prima se nobis obiiciunt Dan. III. 8. et 10. Commate enim octauo de aduersariis Danielis sociorumque eius dicitur Chaldaice *אכלו קרציהון די יהוריא*, quem Idiotismum bene et ad purum Hebraismum accommodare, hic et Cap. VI. 25. sic expressit Noster *הלכו רכיל ביהורים*, plane ut hebraica illa phrasis Leuit. XIX. 16. Ier. IX. 3. Prov. XI. 13. XX. 19. de obtrectatoribus dicitur. Commate decimo satis apte usus est hebraico loquendi modo *העביר קול*, quem etiam videmus recto loco positum Commate 29. et c. VI. 27. nec non Esr. IV. 19. 21. V. 9. 13. 17. VI. 1. 3. 8. 11. Non potuisse hoc melius reddi, intelligitur ex comparatione locorum Exod. XXXVI. 6. et Esr. I. 1. X. 7. Reliquum est, ut aptae in interpretando varietatis exempla addamus. Ex Daniele nobis succurrit Chald. *טעם*, cuius varias notiones ingeniose et plerumque feliciter hic Interpres distinxit. Vertit enim illud nunc *קול*, ut in locis modo ad phrasin *העביר קול* allatis, quibus modo addimus Dan. IV. 3; nunc *מחשבה*, ut Dan. III. 12. VI. 14; nunc *שמחה*, ut Dan. V. 2; nunc *עצה*, ut Esr. IV. 8. 9. 17; nunc *דבר*, ut Esr. V. 5. Similiter Chald. *כנמא* in libro Esrae frequens non vno transtulit modo. vide-



Videmus illud verti nunc כן אמר, vt Efr. IV. 8. nunc כשנאמר, vt c. V. 4. nunc כן, vt c. V. 9. nunc בונה, vt c. V. II. His constare putamus indiciiis, Interpretrem hunc, quisquis ille sit, (Iudaeus, sine dubio) non ex infimis esse, iustaque laude non defraudandum.

Iudaico tamen ingenio et stilo aliquid esse dandum, non ibimus inficias. Nam quod *tertium* est, de quo nos dicturos esse promittebamus, Rabbīnorum Talmudicorumque loquendi modos frequentissime vsurpat. Hi sunt scopuli illi, ad quos plurimi adhaerescunt. Quos vt euitare discant tirones, vtque fidem datam, quantum in hac breuitate nostra fieri possit, liberemus, nunc syllabum subiicimus rabbinicorum et talmudicorum, quae in his pagellis obuia sunt.

Initium facere iuuat a grammaticis obseruationibus, quae interpretandis locis non paucis facem praefereant.

*Prima* sit haec, Rabbinis אותו idem esse, quod Graecis notat αὐτὸς οὗτος, vel αὐτὸς ἐκεῖνος, idem ille. Hoc sensu frequentissime Interpres noster vtitur tum mascul. illo אותו, tum femin. אותה. Sic

שעה באותה *ipsa illa hora*, Dan. III. 6. 15. IV. 30.

V. 5. LXX. αὐτῆ τῆ ὥρᾱ.

הפעם באותה *ipso illo tempore*. Dan. III 8. LXX.

sec. Codicem Chisianum, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ.

העת באותו *id.* Dan. IV. 33. Efr. V. 30.

הלילה באותה *ipsa illa nocte*. Dan. V. 30.

המלכות אותה *idem illud regnum*. Dan. VII. 24.

*Alterā* obseruatio grammatica spectat peculiarem Verborum formam in his pagellis frequentissimam. Suspectae quidem non paucis visae sunt, quae ex diuersis Coniugationibus mixtae dicuntur Verborum formae.

Nec



Nec iam de eo disputamus, sintne ad Arabismum referenda exempla huius generis in Codice Vet. Test. obuia, an non? Sed alia videtur esse conditio formarum, de quibus iam loquimur. Scilicet Rabbinis frequentissimae sunt formae ex Niphāl et Hithpael mixtae. In hunc censum referri possent נשחנה et נתמלא Dan. III. 19. V. 6. 9. Adde נתקבצו Dan. VI. 7. 12. נתיעצו Dan. VI. 8. ותעררו Dan. VI. 16. Quia autem Talmudici Nun Praeformativum substituere solent pro Jod in tertia Persona Futuri, hae formae possunt etiam ad solam Coniugationem Hithpael referri, si Nun Futuri pro Jod positum esse statuimus.

His denique subiungimus Indicem talmudicorum, rabbinicorumque Nominum et Verborum, ad Capitum feriem dispositum.

Ex Daniele sunt, quae sequuntur:

יכול Rabbīn. *qui potest facere aliquid.* Frequens in his pagellis est eius Plur. יכולים. Vid. Dan. II. 26. 27. V. 15.

מנהיגים Rabbīn. *duces.* Dan. III. 24. 27. IV. 33. VI. 8.

לא חוששים *non sumus solliciti,* Dan. III. 16. Talmudica phrasis.

חרך *adussit,* Dan. II. 27. Talmudicum, de quo supra diximus.

של frequentissima Rabbīnīs Nota Genitiui. Conf. Dan. III. 28. 29. Esr. IV. 15. Alibi ך est nota Genitiui, more Chaldaeorum, vt Esr. V. 8.

הגדה Rabbīnīs frequens, notat quidem *narrationem f. Historiam,* sed Dan. V. 12. idem est quod *solutio, explicatio.*

נזיק *damnum,* Dan. VI. 3. Rabbīnīs sollemnē. Respondet Hebraico נזק. Conf. Esth. VII. 4. et Verbum חזיק Esr. IV. 13.

\*\*

אשר



סָסֵר Dan. VI. 8. venit in significatione *interdicendi*  
Rabbinis familiari. Ibidem exstat eius Deriuatum  
סָסֵר in significatione *interdicti*.

כְּיוּם *iuramentum*, Dan. VI. 8. 10. 13. Rabbinicum.  
משונה, Plur. משונות, *diuersa*, Dan. VII. 3. 7. 19. 24.  
Etiam Rabbinicum.

רָסֵר *conculcauit*, Dan. VII. 7. 19. Talmudicis fre-  
quens. Respondet Hebr. רָמַס.

אִמְחָה *veritas*, it. *veritatis confirmatio*. Rabbinicum nomen. Hinc explicanda phrasis על לעמוד לעמדה, Dan. VII. 19. LXX. Cod. *Chif.* ἐξαναβῶ-  
σαμαι. Theodor. ζήτησιν ἀναβῶσας.

Ex Esra accedunt haec:

סֵיעָה *coetus, societas, Collegium*, Efr. IV. 7. 9.  
et 17. Talmudicis frequens.

חֲרָבָה *vastitas*, Efr. IV. 14. Rabbinicum nomen.

מְבוֹרָה *explicatum*, Efr. IV. 18. Rabbinis frequens.  
Ab Hebr. בָּאֵר *explicauit*.

מְנִילָה Efr. VI. 2. pro מְנִלָּה. Talmudicis frequens.

הַיִּצִיָּא et הַיִּצִיָּא *expensae, sumtus*, Efr. VI. 4. 8.  
Virumque Rabbinicum. Conf. 2 Reg. XII. 13. vbi  
Verbum Hebr. יָצָא de *expensis* dicitur.

מִמֵּן *Praefectus*, Efr. VI. 8. Rabbinicum nomen,  
quod respondet Hebr. מִמְנָה et Chald. מִמְנָה.  
Conf. Hebraicum מִמְנִים (Partic. Pyhal, a מְנָה)  
*Praefecti*, I Paral. IX. 29.

Haecenus *tum* de Codice, quo Cel. KENNICOTTVS  
vſus est, *tum* de indole translationis ex illo desumtae,  
diximus. Superest, vt de huius interpretationis vtilitate  
et vſu quaedam adiiciamus. Amplius quidem hic eſſet  
dicendi locus, ſi in illum excurrere liceret, ſed contrahen-  
da ſunt vela, ne arctos Praefaminis limites transgre-  
di videamur. Quae de Codice et de interpretatio-  
nis



nis indole in superioribus dicta sunt, sufficient, ut idonei harum rerum arbitri intelligant, dari criticum aequae philologicum huius translationis usum, et magnam inde ad linguae hebraicae studium promouendum redundare posse utilitatem. De usu critico plura omnino habemus, quae in hanc rem afferri possent; breuitatis autem studio ea iam non attingimus. Nec est, quod de his prolixè disputemus. Viros enim eruditos artisque criticae peritos praeter ea quae de notatu dignioribus lectionibus alio loco dicta sunt, copiosius de his rebus admonere, inutile esset; qui autem haec non sapiunt, vel ad ea stupent, non magnam, si his careant, se fecisse putabunt iacturam. De philologico huius interpretationis usu monuisse iuuabit, magnum posse illum esse et multiplicem, si hoc Cel. KENNICOTTI *εὐχρημα* ad usus Academiarum et scholarum rite transferatur. Praecipue optamus, ut in Academiis harum pagellarum lectione Rabbiniismi suscitari possit studium, quod a longo tempore fere obsoleuisse videtur. Ignota multis, ne dicamus neglecta a plurimis, sunt adminicula, quibus iuuatur hoc studiorum genus. Nemine autem expectante feliciter accidit, ut haec lucem videret interpretatio, quam qui attente legerit, sensim adsuescet Rabbitorum ingenio, talmudicoque dicendi generi. Haec forte nobis dabunt plurimi, immo liberaliter concedent, multa alia ad academicos usus ab his pagellis, adiuuante idoneo magistro, expectari posse commoda. Sed erunt fortasse, qui dicant, ad scholas parum vel nihil inde redundaturum esse commodi. Quidni vero? Forte, quia literis non addita sunt Puncta vocalia et diacritica? Inde vero nihil metuemus damni, commodum potius inde oriturum speramus haud exiguum. Pronior quidem unicuique ad legendum et intel-



ligendum via esset, si voluiffemus Puncta adiicere. Et fateamur, huncolim nobis fuisse animum. Non abhorruimus enim a labore, quem omnes sciunt parum gratum, eiusque generis esse, ut, si vel accuratissime peragatur, tamen doctis aequisque arbitris hic et ibi non iniusta dubitandi caussa suboriri, maleuolis vero fugillandi praetextus dari possit. Discessimus autem ab hoc consilio, ob multas easque idoneas causas, quas omnes enarrare nihil atinet. Vnam, quae non leuissima est, commemorasse sufficiat. Multum omnino apud nos valuit Ill. MICHAELIS consilium, cum per literas amice nos moneret, desiderari in Academiis et scholis libellum hebraicum Punctis non instructum, qui hanc magnam adferre possit vtilitatem, ut qui suas velint periclitari vires, sine cortice, ut aiunt, natare discant. Non potuimus, quin huic consilio locum daremus, cum rei et academicae et scholasticae commoda ex eorum numero sint, quae maxime in votis habemus. Impense laetabimur, si et hoc nomine gratam *Φιλεβραίοις* praestiterimus operam.

Dicendi finem non possumus facere, priusquam gratum testati simus animum Excell. IO. REINHOLDO FORSTERO, Collegae aestumatissimo, qui cum primus ex Anglia accepisset Bibliorum Kennicottianorum Volumen alterum, ferius ad Bibliothecas ciuitatis nostrae literariae reliquas delatum, quam humanissime eius nobis copiam fecit, egregie hoc nomine de nobis meritus.

Quod reliquum est, Deum T. O. M. precamur, vt hos labores in Nominis sui gloriam, et rei literariae commodum cedere iubeat. Dab. Halae in Academia Fridericiana, d. XX. April. MDCCLXXXII.

DANIEL.



# DANIEL.

## CAP. II.

וידברו הכשדים למלך בלשון ארם המלך לעולם  
יחיה אמור החלום לעבדיך והפתרון נגיד: ויען  
המלך ויאמר אל הכשדים הדבר ממני יצא אם לא  
תודיעני החלום ופתרונו לכתחים תעשו ובתיכם לדמן  
יושמו: ואם החלום ופתרונו הגידו משורה  
וכבוד גדול תשאו מפני לכן החלום ופתרונו הגידו  
לי: ויענו שנית ויאמרו המלך החלום יאמר לעבדיו  
והפתרון נגיד: ויען המלך ויאמר באמת יודע אנכי  
אשר עת אחס קונים יען אשר ראיתם אשר יצא ממני  
הדבר: אשר אם החלום לא תודיעוני אחת היא  
צוירתכם ודבר כזב ונשחת היכנתם לאמר לפני ער  
אשר הזמן ישתנה לכן החלום תאמרו לי ואדעה כי  
פתרונו תודיעוני: ויענו הכשדים לפני המלך ויאמרו  
אין אדם על היבשה אשר דבר המלך יוכל להגיד ויען  
כל מלך גדול ומושל דבר כזה לא שאל לכל חרטום  
וחוזה וכשדי: והדבר אשר המלך שאל ככה איננו  
אשר יגידנה לפני המלך זולתי אלהים אשר מעינותם  
עם בשר איננו: בגלל זה המלך בזעף וקצף (וברוגז)  
גדול ויאמר להאביה לכל חכמי בבל: והדת יצאת  
והחכמים נהרגים ויבקשו דניאל וחבריו להיורט  
מומחים: אז דניאל השיב עצה ודבר אל אריוך שר  
הטבחים אשר למלך אשר יצא להמית את חכמי בבל:  
ויען ויאמר אל אריוך משל אשר למלך למה הנזרה  
